



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Margarita Evangelica

Essche, Nicolas van

Coloniae, 1545

septimus resignatio voluntatis. 29

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49323](#)

G.
er Ch
arcienc
quita
omni
at, &
Dñas
s inter
ricord
one a
horos,
mnes i
etia p
differ
s viam
ascende
us gra
numi
um, &
era su
ur, cu
n riu
, fine
patien
malit
aximo
i confu
per si
ur, &
delici
seleto
auxi
confes
perlu
lo, q
mei

LIBER II.

me a te possit auertere, tuere me. O spiritus san-
cte Deus, rege me, & diuina præsentia tua cuncta
interiora mea adimple.

De septimo gradu, qui est resignatio vo-
luntatis, per quem e vita spiritali tras-
tur ad vitam deiformem. Cap. XXIX.

AM vero adhuc vterius ascendendum est
in deiformem ac superessentialem vitam: id-
que per tertiam scalam, Christi videlicet spi-
ritum, per quem in fundum veritatis peruenitur,
per quem etiam in septimum gradum, & in or-
dinem thronorum, & in primū vitā superessen-
tialis gradum concēditur. Quo nimirum per-
veniunt hi, qui suam volūtatem in Dei acceptis
sum beneplacitū resignantes, seipsoſ nō fitte,
sed in veritate in omnibus funditus abnegarūt,
& non solum voluntatem habent Dei benepla-
citum exequēdi, sed etiam omnem voluntatē su-
am cum omnibus viribus suis, & cum omni es-
se & posse suo in diuinam abyssum immerse-
runt, vt ipse suam in eis perficiat voluntatem.
Ideoq; fortissimus atque regalis thronus effecti
sunt, in quo Deus ipse inhabitat, & immobiliter
quiescit, in quo seipsum laudat, sedetq; in eo ve-
lut rex in solio suo, cunctaq; in eo opera sua o-
peratur, in intimo videlicet fundo, in quo immo-
biliter inhabitat atq; moratur: in quo etiam fun-
do tanta pax est atq; libertas, vt nullis siue pro-
speris, siue aduersis moueatur. Nemo enim præ-
ter solum Deum, in ipso habitantem ac operan-
tem, hunc fundum mouere, nec quisquam omni
no alius, siue angelus, siue sanctus, siue creatura
qualibet, siue ipse etiam homo in hunc fundum
intrare



MARGARITÆ EVANG.

Intrare potest. ¶ Et quidem hæc omnia in fundo nostro latent, quæ si sentire velimus, & nobis fructuosa esse debeant, ita recollecti, ac in Deum immersi esse debemus, sicque nos ipsius funditus abnegare, ut nihil viuat in nobis praeter Dei voluntatem, vt sic ipse sine ulla contradictione cuncta interiora nostra regere possit (quemadmodum rex aliquis regit regnum suum) & omni familiæ nostræ pro suo teruitio et reuerentiâ imperare. Sic enim fundus iste, in quo Deus ipse velut in throno suo moratur, iudicet. Enim uero, quicunque tales sunt, vt iam dictum est, illi Deo chariores mille alijs existunt, qui non ab eius voluntate aguntur, sed per seipso cum eius voluntate operantur, & ideo creaturæ permanent in suis operibus deificentes. Qui vero seipso Deo resignant, vt ipse met suum in eis opus perficiat, illi deiformes & Deum patientes efficiuntur, in ordinem thronorum suscipiendo per Christum Iesum dominum nostrum, qui tam perfecte omnem voluntatem suam in coelestis patris sui beneplacitum transfuderat, quasi nullam vñquam voluntatem habuisse, semperque dicebat: Pater, non sicut ego volo, sed sicut tu vis. Custodiunt autem hi beatissimi throni homines istos in deifica pace & cauent ne ad inferiora inclinentur, & deinde numeri augmentatione lætantur. Habentque hic homines isti plus in Deo gaudij, quam omnes spiritus ordinum inferiorum.

De octavo gradu, qui est simplicitas intellectus.

Cap.

XXX

Octo-

